

... de

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

Humilis B. V. famulus Philippi autem Regis Catholici dilecti filij vestri oron
 singularem ergo eundem Regem, ac uere paternum amorem uestrum ex-
 pertus, quo binas illius litteras benignissime excepit, quibus immaculatam
 S^{ma} Dei matris conceptionem definiri summis precibus flagitabat: idemq;
 apud S. V. instantius deprecari, et urgere iustus, presertim cum is didicisset
 rei huius disquisitionem Sacrae Inquisitionis Cardinalibus commissam, reueren-
 ter, obnixè et maiore cum Instantia orat, petitq; ut adeo iuste, ac pie postulacioni
 satisfacere pro sua met eximia in B^{ma} Virginem deuotione dignetur; qua
 titulo etiam quodam tumi gratitudinis, ob collata in S. V. insignia beneficia,
 tumi remunerationis, propter acceptos ab eadem honores hoc uobis offerre, ac
 simul a uobis exigere uidetur. Praedecessores uestri P. S. Sixtus V. Dida-
 cum rogatu Philippi II. Clemens VIII. Hiacynthum postulante Rege
 Poloniae, et Raymundum flexus precibus Philippi III. in sanctos retuler;
 S. V. Franciscam Romanam in gratiam Populi Romani Carolum Bor-
 romaeum, ut eiusdem Philippi III. desiderio in primis annueret sanctos
 Catalogo autè, ac rectè omnino ascripsit; nec mediocrem uos inde, illiq;
 apud eosdem sanctos spirituales presertim fructum, et apud Ecclesiam
 tumi triumphantem, tumi militantem approbationem, laudemq; reportauer;
 Ipsa nunc cum Rege nrò non Hispania tantum expressis, desiderijs,
 uotis, obseruationibus, Verum etiam Uniuersa Ecclesia, quae in terris
 militat, et triumphat in Coelis, tacite quidem, sed non minus ardentè
 et efficaciter Regina sua, ac Domina quodammodo Canonizationem
 à S. V. magno eiusdem alumno exoptat, et expectat, Praestare id posse
 S. V. dubitari non potest; Concilio, ac, prope dixim, consilio opus non
 est. Basilea congregati, quamuis adhuc sine capite, idem tamen,
 qui ex orbe toto conuenerant doctissimi, et pijsimi uiri, et quorum
 suffragijs legitimus deinde Pontifex non pauca decreuit, magno con-
 sensu in sententiam de Immaculata Conceptione descenderunt, hoc
 ipsum scriptis, uerbis, festis, et omnibus alijs modis, praeter admodum



paucos sentiunt, docent, celebrant omnes, nec dubitant quin ubique
tane ad scripturas divinas, et Patres, prout tum istos, tum illas inter
se posse, ac debere non temere arbitrantur. Vestrum est B. P. declarare
tuere, definire, utri melius intelligant, et scripturarum legum sensum
trumq; consensum assequantur, omnes ne paucissimis exceptis, an hi
paucissimi, quorum contrariam sententiam Sixtus IV. Pius V. Con
ipam et S. V. non approbant, sed tolerare dumtaxat. Constat Leonem X.
Gregorium XIII. Clem. VIII. articulos nonnullos, et sententias, ut haereticas
vel saltem omnino falsas absq; Concilio condemnasse, sed et experiri
comprobatum est decretis Sixti IV. Pij V. Conc. Trident. et S. V. non obstant
in Hispania quidem potissimum magna scandala exorta, simul
quoq; alibi exoriri subinde solere. Zelo potius indiscreto seccatorum
trarie opinionis qui fidei, et Pontificorum decretorum defendendi
ad se spectare videri volunt, quam aliorum, qui communissima de
conceptione snia tot modis ab Ecclesia approbata, et accepta in pietate
gis, magisq; continentur, et crescunt. Siquis istud, ut cum celeberrimo
panis nostra Doctore Alphonso. Postatus Episcopo Abulense loquens
proculdubio immortale, nisi interueniat decretum, aut sententia
qui habens plenissima potestatem super hoc, suam interponat auctoritatem
Hanc autem qua uestra solum est S. P. interponi omnes perueniunt
pluris illas absque ulla comparatione asserunt, quam, vel Ac
statuta, propter qua nefas ducitur in originali peccato conceptas
S. V. ut Gallia uniuersa testatur; uel Regum sanctiones, quae
seuerissime interdicitur, ut in quadam Hispania parte Car
dinalissimi de ordine Dominicano contrariae sententiae auctoritate
mata, et Caietanus pro sua illa sententia scribentes, Ille de Concilio
in Concilio Basileensi hic ad Leonem X. cum celebrandum esse
nente rem definire postulauerunt. Multo uisior postulatio
qua noie fit Regis Catholici, de ecclesia a deo benemerita, et in ea

7063

nomine Catholicorum ferè omnium, qui quicquid in utramvis partem
definiatur, submissè, ac deuotè amplectentur, confidentes nihilominus in tanta
causa sua bonitate, atq; ueritate, et patrocinio Deiparae fore, ut non nisi
in eisdem fauorem sententia à S. V. proferatur. Liceat mihi uerbis illis
affari B. V. multo melius, et iustius, quibus Innocentiana Synodus
dictam Basilicensem alloquebatur. Tuae iam prouidentia est, cuius sapien-
tia, et correctionis lima omnia Catholicorum dicta submittuntur, ut aucto-
ritate summa, qua potes, assistente Spiritu Sancto ueritatis magrò ac
Doctore, quo gubernari credimus Sancta generalia Concilia (que tamen
indigent approbatione Rom. Pont.) finem dare huic presenti questioni,
et iuxta Catholicae fidei fundamenta quid tenendum sit amodo Christiano
Populo definire. Quod ut facias, bene, citòq; te omni, qua possum deuotè
flexigenibus oro. Sanè ex huius questionis determinatione magna
salus, pax, et tranquillitas, et integritas religionis expectatur in Populo Chri-
stiano; quod ex ordine Praedicatorum tantus Card. et dixit, et tam obnixè
humiliterq; à Concilio proposuit, paucos eiusdem Ordinis, uel cupere, uel si
definiri contingat, prompto, ac libenti animo tamquam filios obedientia
accepturos dubitandum non est; sic uerò praecidetur occasio si non tan-
tum prohibeatur contraria sententia uelut scandalosa, sed nunc quo ubiq;
uiget definiatur, ne caesentur, qui in illa sunt, non de rei ueritate la-
boratum à S. V. sed solum de scandalis quidem extirpandis, ne officio de-
fuisse, atq; preuaricatus in causa mihi tam serio commissa existimetur.
Dehinc S. P. Regis, a quo missus sum sepius et coram, et scripto mihi
declaratum, ac V. B. semel, iterumq; per lras expressum, de definienda
Conceptione Christi matris immaculata, uehemens desiderium, maiore
in modum suppliciter commendare.

